



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 62. Gesta Legatorum Synodaliū apud Pragenses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

gismundus vero in genua procumbens, osculatus est Pontificis pedes.

Sæcul. XV.

A.C. 1433.

§. LXI.

Sigismundi coronatio.

Die vigesima prima Maji Imperator magnificum prorsus ingressum in urbem adornavit: in festo autem Pentecostes solemnissimis Cæremoniis coronatum Pontifex Imperatorem Augustum nuncupavit, postquam prius de fide Catholica strenue defendenda, juribusque ac privilegiis Romanæ Ecclesiæ tuendis consuetum præstitisset juramentum. Quo facto Sigismundus Pontifici equitanti de more stratoris officium exhibuit, multosque tum Italos, tum Germanos in Equestrem ordinem adscivit. Posthæc Romæ aliquamdiu morabatur, ubi magnis honorum, ac benevolentiae signis a Summo Pontifice cumulatus, Ferrariam, inde Mantuam pervenit, & Joannem Franciscum Gonzagam Mantuanæ hujus ditionis Principem Marchionatus dignitate ornavit.

Nausler. ge-

ner. 48 p. 450

§. LXII.

Gesta Legatorum Synodaliū apud Pragenses.

Deputati a Synodo Pragæ missi, cum ad conductum diem festum Sacrosan-

Cochlæ. Hist.

Huffit. lib. 7.

G 2

ctæ

Saecul. XV. A.C. 1433. *saecul. XV. A.C. 1433.*
 ctæ Trinitatis ingentem populi multitudinem, plurimosque Magnates, ac Clericos confluisse comperissent, opportuna hac occasione usi, adhortabantur eos ad pacem, submissionem, & concordiam, animis ita dispositis, si quæ dubia haberent, eo pacatiori consilio discuti possent. Ast Bohemi pertinaciter suis quatuor articulis antea propositis inhærentes, omnia eos declarari postulabant. Igitur Legati Synodales, cum nimium se urgerent, hosce articulos scriptos consignari petunt, illosque unacum totius rei gestæ summa ad Synodum transmittunt. Interea temporis Delegatorum quatuor nomine Concilii Bohemis proponunt, quod, si circa tres duntaxat postmos articulos Synodi explanationem acceperent, atque ad unitatem redire velent, facile circa primum etiam articulum de Communionem sub utraque specie amice componi posset. Postquam ergo hi Synodi expositionem circa tres reliquos accepissent, eam in publico seniorum populi confesso prælegerunt. Primi articuli declaratio in eo sita erat: *delenda est ista verba: Quorum interest; eo quod tenentur minus iste nimium generalis esset, simpliciter ergo dicendum quod peccata venialiter secundum legem Dei, & sanctorum Patrum instituta corrigentur.* *Secundi articuli declaratio sequentibus concepta*

cepta erat verbis: *Ne ex verbo libere su-* Sæcul. XV.
meretur occasio dispendiosæ libertatis, dici- A. C. 1432.
mus, quod secundum scripturæ sacræ sen-
tentiam catholice sit tenendum, quod verbum
Dei a Sacerdotibus Domini, & Levitis ad
hoc idoneis, & per Superiores, ad quos per-
tinet, approbatis, & missis, libere, non tamen
passim, sed ordinate & fideliter prædicetur,
salva auctoritate Pontificis, qui est Præordi-
nator in cunctis, juxta sanctorum Patrum in-
stituta. Tertium vero Articulum Syno-
odus ita correxit: Ecclesiastici Viri bona
Ecclesiæ, quorum sunt administratores, de-
bent fideliter administrare, juxta sanctorum
Patrum salubria instituta. Ipsaque bona Ec-
clesiæ ab aliis, quam ab his, quibus admini-
stratio canonice est commissa, usurpari sine sa-
crilegii reatu non possunt.

§. LXIII.

Communio sub utraque specie a De-
putatis permessa.

Bohemi, habita deliberatione circa istas *In Fascic. de*
 Synodi declarationes, assererant, nol- *Voc. Boh. ad*
 le se super prædictis suum dare respon- *Conc. Bas.*
 sum, nisi prius id, quod circa materiam *p. 315.*
 de Communionem sub duplici specie adhuc
 exponendum restaret, percepissent. De-
 putati hac Bohemorum pertinacia com-
 pulsi sequentem exhibuerunt declaratio-
 nem: *Consuetudo generalis Ecclesiæ per-*